

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9232

Auteur(s) : Robert Halbout [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1165-1202]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert Halbout octroye aux moines de l'abbaye de Savigny une charte confirmant les arrangements conclus par ses parents et une donation faite par le moine Ruaud.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

C. Paris, BnF, n. a. lat. 1022, n° 268, p. 234-235. Copie du XIXe siècle

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Baiocensi, n° LXIX)

Texte d'après C

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus Halebot salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et ratam habuisse fratrum meorum Willelmi Guidonis et Hugonis conventionem quam fecerunt Hugo pater et Basiria mater nostra cum monachis Savigneii de bosco et dominico Marie et de dominico Belissen et de tenemento Guineberti et Roberti fratraris sui et de omnibus aliis terris, sicut in carta Henrici Baiocensis episcopi quam habent ipsi monachi continetur, nullam autem reclamationem decetere faciam adversus eos super dictis terris et de me aut heredibus meis eas liberas et quietas ab omni reclamatione dictis monachis dimisi et omnem etiam donationem quam fecit eis Rualdus monachus filius Roberti Rualdi, et hec supradicta me fideliter super sacrosancta juravi, monachi autem mihi concederunt quod homines eorum qui in dominico Marie et in masura Guineberti et in masura quam tenuit Ansketil Rabel maneblunt per legitimam moutam molent ad molendinum Halebot et nichil operationis in eo fecient aut in pertinenciis ejus si autem deprehensi fuerint ad aliud molendinum molere per justiciam monachorum emedabitur et emedam habebunt monachi et Robertus per manum eorum mouturam habebit monachi, vero pro hac concessione michi dederunt C solidos andegavensium. Ut hoc ratum et stabile maneat in perpetuum presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Testibus his, Willelmo de Logis, priore Roberto de Moleto, Roberto de Moretonio, Hugone de Croilie monachis, Willelmo de Ultra, Willelmo de Larcamp, presbitero de Larcampo, Donecande Sicavilla milite, Michaele Stuldo et pluribus aliis.